

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Opvs De Ivdiciis Divinis, Qvae Devs In Hoc Mvndo Exercet**

Accessit index concionatorius in omnes totius anni dies Dominicos & Festos, ab ipso Auctore confectus

**Stengel, Georg**

**Ingolstadii, 1651**

8. Magnam miseriam fore, si omnes in matrimonium dari oporteat.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-45686**

perpetram, sed ijs diebus, quibus in templo, vel tabernaculo ministrabant, obligabantur.

Frustra ergo inuehitur in veteres PP. Caluinus, quod continentiam coniugalem permiserint, cælibatum perpetuum approbarint, & virginitatem ac viduitatem coniugio prætulerint. Malevolè S. Chrysostomum accusat *virginitatis nimium commendatæ, ac magnificatæ*. Arroganter scribit Hieronymum, quod coniugio virginitatem anteposuerit, *nimirum luculentum maligni peruersig ingenij specimen edidisse*. Sed quid mirum, si SS. PP. inuidit, qui ne Apostolos quidem à censura sua eximit, quos, inter alia vitia, quæ illis obijcit, *impia ingratisudinis arguit*, quod Christo de matrimonij oneribus peroranti responderint: *si ita est causa hominis cum uxore, non expedit nubere*. Contendit enim, Christi mentem esse penitus contrariam, dissuadere scilicet, non suadere cælibatum, quem virtutem putare, censet esse stultam imaginationem. Cùm tamen Christus discipulorum suorum responsum non solum non improbet, sed & disertis verbis laudet, quando subiungit: *Non omnes capiunt verbum istud, sed quibus datum est*. Ac si dicat, non omnes capere, seu intelligere, vel gustare, cælibatum coniugij statu esse nobiliorem Deoque acceptiorem, ac proinde, abstinentiam à matrimonio, esse quoddam excellens Dei donum, communique hominum statu, iudicio, & desiderio superius. Quocirca, paulo post eandem laudem iterans & adaugens addit: *Et sunt Eunuchi, qui se ipsos castrauerunt, propter regnum celorum. Qui potest capere, capiat*. Quia, vt S. Paulus ait, *Beator erit, si sic permane* 1. Cor. 7. 40, ferit.

His omnibus ostenditur, matrimonia tametsi à Deo introducta, sancta, & ad genus humanum longè lateque propagandum necessaria, haud tamen ita singulis necessaria esse, vt in ea sese, vel inuiti coniugere teneantur: quæ cùm libera esse oporteat, & sape graues secum trahant difficultates, à quibus nonnulli vehementer abhorrent, possunt iniri, vel declinari. Miserrimi essent mortales, si omnes ad nuptias cogarentur. Et fuit, qui cùm duceretur, suspendi mallet, quā mulieri in matrūm tradi, quæ cum à magistratu petebat. Vedit enim illam

VII.  
Caluin, in 1.  
Cor. 7. 5. seqq.  
lib. 4. Instit.  
c. 12. §. 28. &  
cit. loc. Harm.

Matth. 19. 10.

1. Cor. 7. 40.

### VIII.

Nn

acuto

acuto naso, & viperinis dentibus biliosam. Multi in omnibus timent, quod iste in vna metuebat; atque idecirco ab omnibus refugiunt, ne in malum incident, quod formidant. Debet igitur hæc libertas relinquere; ne, qui in malam vxorem incidit, coniugiorum necessitatem accuset; sed sibi ascribat, quod elegit. Enimvero adeò multa coniuncta sunt cum matrimonij incommoda, ut necesse sit, vnde ea orientur, declarare; ne quis quam in sanctissimæ coniugalis legis Constitutorem culpam fundat.

## IX.

*Ioan. 8. 44.  
Ils. 19. 14.  
Luther. t. 5.  
in serm. de  
matrim.*

Quod autem, quām facere incipio, non omittam apponere, quæ Caluinus ipse sibi contraria, super hoc argumento fudit, vti & Lutherus, ne nesciat Lector, hæresin, quæ in veritate non stetit, spiritu vertiginis agitari. Lutheri sunt ista: *Coniunctio in terris quidem melior est, ut cui minus solitudinis, & calamitatis insit, nec sui ipsius causa, verum ut melius ad verbi Divini annunciationem, tum curam acris animum intendat.* ut i. Cor. Paulus refert. *Dei verbum eiusq; ministerium, Calibatum manu monio anteponunt, qua ratione Christus & Paulus in eodem clarificant.* Quibus præmisit: *Nec ideo calibatum & virginitatem repbare mihi animus est, nec inde quenquam ad coniugale vinculum uitare.* Quod quomodo cum illis coheret, quæ in eodem sermone, præpe initium, dixit, his verbis? *Vt non est in meis tribus sicutum, ut vir non sim, tam non est mei iuris, ut absque mulier sim.* Rursum, *ut in tua manu non est, ut fæmina non sis, sic noster est, ut absque viro degas.* Nec enim libera est elección, aut consilium, sed res natura necessaria, *ut marem fæminæ, fæminam mari sociari oporteat.* Verbum enim hoc, quod Deus ait: *Crescite & multiplicate, non est preceptum, sed plusquam preceptum, diuinum pars opus, quod non est nostrarum virium, vel ut impediatur, vel ut emitatur: sed tam est necessarium, quām ut masculus sim, magis necessarium, quām edere, bibere, purgare, mucum emundare, somno & excubis intentum esse.* *In facta est natura & indoles, aquæ atq; membra, quæ èo pertinent.* *Quare ut nemini Deus in mandauit, ut sit mas, aut femina; sic nec ut se multiplacent, præcipit; sed homines ita condit, ut mas aut fæmina sint, utq; generationis sustineant.* *Quod si quisquam prohibere molitur, egregie, ut est, perdurat suumq; matrum*